

pro parte curie nostre recitias, et pecuniam ipsam insimul cum eo-
dem iusticiario fideliter conservare proares in scrineis, que reponi
et custodiri in camera dicti iusticiarii volumus et mandamus
tibi duabus clavis, quarum unam idem iusticiarius habeat et
aliam penes te retineas et conserves. de pecunia autem ipsa ana-
centas uncias tam cito, quam ipsas tu et idem iusticiarius habe-
bitis congregatas, ad cameram nostram per fideles nuncios sub
sigillis dicti iusticiarii et tuo insimul transmittatis. non expen-
des tu et idem iusticiarius de huiusmodi pecunia, nisi ab excel-
lentia nostra inde mandatum nostrum pendens receperis specia-
le. Illis autem, qui tibi et dicto iusticiario pecuniam et res aliquas
pro parte nostre curie assignabunt, de his, que tibi assignaverint,
per eundem iusticiarium et per te apodixas fieri mandamus scri-
bendas per notarium actorem cum eodem iusticiario deputatum et
subscribendas per iudicem eiusdem iusticiarii deputatum per
nostram curiam ac sigillandas sigillis tuo et iusticiarii supra-
dicti, nichil pro apodixis ipsis in aliquo recepturus, vel notarium
tuum vel notarium dicti iusticiarii aliquid recipere permissurus.
de quarum vero pecunia et rerum introitu et exitu duos quater-
nos consimiles fieri volumus, unum^m penes te et alium penes dictum
iusticiarium retinendum, quorum exemplar singulis tribus men-
sibus sub sigillis dicti iusticiarii et tuo ad cameram nostram
et ad magistros rationales magne curie nostre volumus desti-
nari. dicto enim iusticiario per nostras dedimus litteras in man-
datis, ut pecuniam totam et res omnes inventuras curie nostre
ratione ipsius officii tui recipiat et sine te non recipiat de pre-
dictis. et quia ^{ingenuus} te in huiusmodi nostris serviciis expensis propriis labo-
rare, expensas pro te duobus suteriis et tribus equis, pro uno notario

18
d, fcllet in Reg.